

dispensetur, teneat plures cum *Sancb. in Decal. lib. 4. cap. 39. n. 32. arg. C. Luminoso. 6. 18. q. 2. ibi: Neſt audent ibi Cathedralam collocare Episcopos, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus. Si quidem cum exemptio fit introducta in favorem Religionum, poſſunt Religioſi de licentia Prælati Regularis, ſaltem tacita, imò, & ſine illa, ſi forte eam irritationabiliter neget, Ordinarium Diœceſis adire, ne quod in eorum favorem eſt inductum, in eorum diſpendium retorqueretur, contra *Text. in C. 61. de Reg. jur. in 6. Et cum hæc ſententia Religioſis maxime favoreat, & magna nitatur æquitate, ſecurè poſſet ad proximum reduci: imò & quod Religioſi exempti poſſint prorogare juridiſtinctionem, etiam contentioſam Episcopos, tenent aliquid contra *Salgad. Et in praxi ita ſervari teſtatur Gonz. in C. 12. b. t. n. 8. quia cum talis exemptio principaliter in favorem Ordinum introducta. C. 6. 18. q. 2. poſſunt illi profecto renuntiare. C. 6. de Privileg. l. 29. C. de Pactis, maxime cum tunc non prorogent juridiſtinctionem Judicis non fui, ſicut prorogarent, in Laicum conſentendo, quia Episcopus eſt Judex exemptorum, ceſſante privilegio. *Barboſ. in C. 5. de Arbitr. n. 5. Hinc etiam Militares, Scholaſtici, & Familiares Sancti Officij, licet habeant Judices privativos, forumque privilegatum, poſſunt ſuis privilegij renuntiare, & prorogare juridiſtinctionem Judicium Ordinariorum, ad quorum juridiſtinctionem pertinerent, ſi non gauderent illo privilegio. *Gonz. in C. 12. b. t. n. 8. quod in noſtra Hiſpania habet majorem vim ob *L. 7. tit. 31. p. 2. ubi de Scholaſticiſ loquendo dicitur: E non los deben demandar, nin traer à juicio delante otro Alcalde, ſin ſu placer dellos. Denique hic notari debet, quod Judices, tam Eccleſiaſtici, quam Seculares debent taliter ſe gerere, ut non deturpent, nec dehoneſtent ſuam dignitatem, & juridiſtinctionem; ſe alijs Judicibus ſubmittendo, quando non debent, ut deducitur ex *L. 19. ff. de Offic. Præſid. l. 49. tit. 5. p. 1. Trid. ſeſſ. 25. de Ref. cap. 17. & præcipue conſtat ex *L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C. ibi: T damos licencia, y facultad, y mandamos à las nueſtras Juſticias, y à qualesquier nueſtros ſubditos, y naturales, que no conſientan, ni den lugar à los dichos Fſcales, y Executores, que bagan lo Juſdicho; antes, ſi fuere menester, que lo reſiſtan. Et ideo illuſtr. *Villanuel de Regim. Eccl. ſ. p. 2. q. 12.*********

n. 3. & 4. ff. ait: debere Prælatos credere ſe obsequium Deo præſtare, quando ſuam defendunt auctoritatem.

## TIT. III.

## De Libelli oblatione.

43 **L**ibellus, ſic dictus quaſi *parvus liber*, aliquando pro *ſcriptura instrumentali* accipitur: unde, quia in emphytheuſi ſcriptura requiritur contractus *libellarius* dicitur. Aliquando pro *ſeſtenda* alicujus rei intimatoria ſumitur. *L. 43. §. 8. ff. de Fortis: plerumque libelli pro precibus accipiuntur. L. 15. ff. de in jus vocand. Libellus famoſus* dicitur quæcumque ſcriptura ad alicujus infamiam facta. *L. 5. §. 9. ff. de Injur. & famoſ. libell. ſed hiſ accipiuntur omiſſis in præſenti. Libellus eſt brevis ſcriptura claram actoris petitionem, & cauſam illius continens. L. 40. tit. 2. p. 3. l. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. Gonz. in C. 4. b. t. n. 5. & com. DD. debetque conſtare, ut rectè diſpoſitus, & efficaciſ ſit, narratione facti, medio concludendi, ſeu cauſa petendi, & conſuſione: quia ex facto, & jure concluditur ſententia, quaſi fiat quidam ſyllogiſmus ſic. 1. in Cauſa Criminali: Titius occidit gladio: ſed juxta Legem qui gladio occidit debet gladio perire: hoc ergo peto, 2. in Cauſa Civili: Titius emit mecum equum centum aureis, & ego illum ipſi tradidi: ſed juxta Legem emptor tenetur ſolvere venditori pretium rei emptæ, & traditæ: hoc ergo peto. Et quidem libellus debet offerri, & præſentari in Judicij plenarijs, & ordinarijs; omittitur tamen in ſumarijs, *Cl. 2. de Verb. ſignif. in notorijs C. 9. de Accuſat. & alijs hujusmodi. Libellus in Cauſa Civili dicitur Conventionalis, in Cauſa Criminali querela, vel accuſatio dicitur: regulariter debet in ſcriptis offerri. 1. ut ſic melius Judex inſtruat circa cauſam, vel negotium, pronuntietque ſententiam conformem libelli conſuſioni: quæ quidem conſuſio eſt ipſa petitio actoris, qua ſuggerit Judici, quid, quale, & quantum ipſi eſt tribuendum: & cenſetur pars principalis libelli. Debet ergo ſententia eſſe conformis libello, quoad rem petitam, quoad cauſam, ex qua petitur, & quoad actionem, quam libellus continet. De Jure Hiſpano libellus ſine conſuſione ſuſtinetur, dum tamen conſtet quid actor, vel accuſator petat. *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 4. n. 14. 2. debet***

in ſcriptis offerri, ut reus melius deliberet, an cedere, vel contendere debeat, & ſi contendere parat, veniat inſtructus ad Judicium; cognita, & perfecta actione, qua convenitur. *L. 1. ff. de Edendo. 3. ut actor poſit ex facto in libello clarè propoſito ſuos deducere articulos. L. 40. tit. 2. p. 3. Et licet olim de Jure Hiſpano in cauſis alicujus momenti debebat in ſcriptis offerri libellus. *L. 41. tit. 2. p. 3. Hodie tamen hoc non eſt neceſſarium: imò, & ſi ab adverſario petatur, libellum in ſcriptis offerri, erit in arbitrio Judicis præcipere, ut in ſcriptis offeratur, vel non. *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Nam ſufficit, quod in actis conſtet petitio: at verò in Cancellarijs Regijs, & Supremis Tribunalibus debet in ſcriptis præſentari libellus; ut ex *L. 1. tit. 2. lib. 4. R. C. probat Paz in Prax. t. 1. p. 1. temp. 3. n. 4. quin & debet ab Advocato ſubſcribi. *L. 4. tit. 16. lib. 3. R. C.*****

44 Libellus debet eſſe brevis, ſolùmque neceſſaria, & utilia, non ſuperflua continere. *L. fin. §. 1. C. de Appellat. ibi: Sed hæc ſola eis inſcribere, qua compendioſa narratione cauſas provocacionis poſſunt explanare. Nam ut lepide ait Martial. lib. 2. Epigram. ſuum aliquens librum: Tercenta quidem poterat epigrammata ferre. Sed quis te ſervet, perlegeretque liber? At nunc ſuccini, qua ſunt bona diſce libelli. Hoc primum eſt, brevior, quod mihi carta perit. Deinde, quod hæc una peraget librarius hora nec tantum nugis ſerviet ille meis. Tertia res hæc eſt, quod ſuis forte legeris ſi licet uſque malus, non odioſus eris. Debet itidem libellus claram actoris petitionem continere: ac proinde debet in eo poni. 1. nomen Judicis, cui offeritur, licet non proprium ipſius nomen, ſaltem officij, ut ſciatur, an ſit competens, vel non. 2. nomen actoris, & ſi hic nomine alieno agit, etiam nomen principalis actoris apponi debet. 3. nomen rei, contra quem agitur. 4. narratio facti cum neceſſarijs circumſtantijs dicendo quid, quale, & quantum debeatur, vel petatur; v. g. ſi petatur ſervus, debet explicari nomen, ætas, & officium: ſi animal, genus, ſexus, & color: in rebus, quæ pondere, numero, vel menſura conſtant, quantitas exprimi debet. Et ſic de alijs. In hiſ verſiculis comprehendit *Gloſ. in C. 1. b. t. quæ debent in libello contineri.**

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo.

Rectè compoſitus, quiſque libellus habet.

Quæ omnia habentur in *L. 40. tit. 2. p. 3. ibi: Libellus en latin tanto quien decir, como demanda hecha por escrito. B eſta es una de las dos maneras por que ſe puede hacer. E la otra es por palabra. Pero la mas cierta es la que por escrito ſe hace, y por que non ſe puede cambiar, nin negar como la otra. Mas en qualquiera demanda para ſer hecha derechamente, deben, y ſe catadas cinco cosas: la primera, el nome de el juez, ante quien debe ſer hecha: la ſegunda, el nome del que la hace: la tercera, el de aquel contra quien la quieren hacer: la quarta, la cosa, & la cantidad, & el fecho, que demanda: la quinta, por que raxon la pide. Ca ſeyendo todas eſtas cosas puestas en la demanda, cierto puede el demandado ſaber por ellas, en que manera debe reſponder. E otroſi, el demandador ſabrà mas ciertamente, que es lo que ha de probar. E ſobre todo tomarà aprecheamiento el juez para ir adelante por el pleyto derechamente. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. ubi additur, quod in criminali libello, præter dicta, apponendus eſt delicti locus: imò, ſi reus petat; dies, & hora, ut poſit probare negativam. Hiſpanè: la coartada. *L. 3. ff. de Accuſat. junct. Gloſ. Gotbifr. num. 38. Ful. Clar. lib. 5. Sent. §. ult. q. 12. n. 13. Gonz. in C. 1. b. t. n. 5.***

45 Ita tamen debent in libello factum narrari, & actio proponi. 1. ut non detur contradictio. *C. 54. de Appellation. 2. nec obſcuritas; arg. C. 2. D. 4. 3. nec incertitudo. Nam ſi incertitudo continet, non poterit eſſe ſententia certa: & poſſet à Judice, præcipue in noſtra Hiſpania, etiam parte non petente, repelli talis libellus. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. verba tamen obſcura ita debent accipi, ut libellus potius ſubſiſtat, quam corrumpat. *L. 12. ff. de Rebus dub. & ſunt per libellariem explicanda. 4. eſt vitanda generalitas: & hæc in criminalibus vitiari libellum. *L. 3. ff. de Accuſat. in civilibus tamen debet contra hujusmodi generalitatem exceptio opponi. Attamen libellus generalis admittitur in actione tutela, vel alia actione generali, in petitione fructuum, vel damnorum, vel hæreditatis, & ſimilibus. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. 5. non debet apponi petitio alternativa. *L. 7. §. 1. ff. de Injurijſ: quia non poſſet præferri ſententia certa, qualis debet à Judice pronuntiare. At vero aliquando admittitur libellus alternativus, quando, ſcilicet, incertitudo provenit ex facto alieno præſertim adverſarij. *L. 1. §. 4. ff. Quod Legator; vel in actione hypothecaria: quando*******

do petitur, ut actori tradatur res obligata, vel solvatur debitum. L. 16. §. 3. ff. de Pignor. Barbof. in c. 2. h. t. n. 10. vel in remedio. L. 2. C. de Refcind. vendit. ubi venditor petit, quod emptor suppleat pretium, vel rem restituat. c. 3. de Emption. & vend. vel quando petitur res, si extet, vel ejus aestimatio, si sit consumpta. Vel quando restituitur petitur contra sententiam, contractum, vel testamentum: nam tunc actor petit, ut Judex pronuntiet, sententiam, contractum, vel testamentum non valere: vel contra ipsa restituat, si valere. C. 8. de in Integr. restitut. De quibus Gonzal in C. 2. h. t. n. 6. & 8. Libellus in nostra Hispania debet presentari in judicio seculari (secus in Ecclesiastico) in Charta sigillata, Hispanè: Papel Sellado, & quidem sigillo correspondente: tum persona libellanti, tum causæ, de qua agitur juxta formam præscriptam in L. 34. & seq. tit. 25. lib. 4. R. C. & pro ludijs. L. 18. tit. 23. lib. 8. R. Ind.

46 Licet actio debeat in libello proponi. c. 1. de Mutuis petit. l. 1. ff. de Edend. non tamen est necesse specificum nomen actionis exprimi. c. 6. de Judic. non enim titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. L. 69. ff. de Fidejussor. & possunt simul plures actiones, si compatibles sunt, cumulari. L. 11. ff. de Jurisdic. ut sic facilius finis litibus imponatur. In actione personali sufficit, & est necessarium causam remotam exprimere, scilicet, contractum, vel quasi contractum, delictum, vel quasi delictum, ex quo oritur obligatio, quæ est causa proxima petendi. c. 3. h. t. Et ibid. Gonz. l. 40. tit. 2. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. V. Lo que presb. In actione tamen reali sufficit, causam proximam allegare, scilicet, dominium, vel jus in re, quin sit necessarium (potest tamen, si velitor actor) exprimere causam remotam, scilicet, illum titulum, ex quo provenit illud jus in re. c. 2. h. t. Et ibid. Glof. V. Significantibus. Paz in Praxi, tom. 1. p. 1. temp. 4. ex n. 23. debet tamen adjici causa in vindicationem hominis liberi. L. 1. §. 2. ff. de Rei vindicat. & in actione hypothecaria, qua in rem agitur: quia Judicis, & rei interest scire, ex qua causâ res est pignoratâ, & an privilegio gaudeat, vel non: alias in creditorum concursu Judex non posset justè proferre sententiam.

47 Oblatio libelli reo insinuata facit rem litigiosam, ita ut non possit alienari, Clem. fin. Ut lite pendens. interruptit etiam præscriptionem. L. fin. c. de Annal. except. & contra libellantem probat, quoad ea,

quæ in libello asseruntur; arg. L. 13. C. de Non numer. pecun. porrigentem obligat ad prosequendam causam. Auth. Qui semel. C. Quomod. & quand. Judic. si sciverit, hoc interest rei: secus si nihil interfit, vel si res adhuc sit integra. Nam tunc actor, invito etiam reo, potest à lite recedere. L. 28. de Appellation. Si libellus est omnino ineptus, ita ut neque jus adendi concludatur, nec possit interpretatione variari: non fertur validè sententia, licet reus nihil opponat. c. 14. de Judic. & potest à Judice, etiam parte nihil opponente, repelli. L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. ibi: *Y si tales demandas, & recusaciones no fueren ciertas en la manera susodicha, mandamos que no se reciban, y repelan, fasta que se pongan ciertas.* Potestque Judex actorem in expensas condemnare reservato eidem jure agendi ex alia causâ, & reus absolvitur ab instantia. Si vero tantum sit vitiosus libellus, vel aliqua ipsi solemnitas desit, dumtamen percipiatur bene, quid actor petat ex facti narratione, sustinetur libellus de Jure Hispano. L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Actor potest emendare libellum declarando obscura, petendo fructus, expensas, vel plus, vel minus, quam in eo petierat, corrigendo illum juxta stylum Curie, ita tamen, ut salva maneat ejus substantia in re petita, & causâ petendi: quod potest facere usque ad sententiam, reo refusus expensis per libellum ineptum causatis. L. 4. §. fin. ff. de Noxalib. actio. Imò & ipsum quoad substantiam potest actor mutare ante litem contestatam, cum nondum sit coeptum judicium: secus post litem contestatam, siquidem jam est obligatus instantia, nec est locus poenitentiae. L. 25. ff. de Rei vindic. Barb. in c. 2. h. t. n. 11. contra alios. Et repudiat priori causâ agendi, potest actor aliam substituere, vel novum actionis genus sumere, vel diversam rem petere: debent tamen reo novæ induciæ concedi ad deliberandum, & compensari expensæ ob variationem causæ. L. 3. C. de Edend. Et Glof.

48 Ut ex prædictis hucusque regulis ad praxim descendamus, libellus sic clausulis consuetis Hispanè formatur. — *M. Ille. Sr. — Juan Gomez, vecino de esta Ciudad de Manila, en la mejor forma, que aya lugar en derecho, ante V. S. me presento, y digo: Que el año pasado de 35. presté mil pesos à Pedro Gutierrez, vecino asimismo de esta Ciudad, hasta la venida del Galeon N. S. de Guita, que hizo viaje al Puerto de Asapulco, como consta del Instrumento ad-*

adjunto; y siendo dicho Galeon ya llegado, aunque por mi ha sido requerido extrajudicialmente dicho Pedro Gutierrez à que pague dicha cantidad, como es justicia, no lo ha querido hacer, sin contienda de juicio. Por tanto: A V. S. pido, y suplico, que avida mi relacion por verdadera, en la parte que baste para el vencimiento de esta causa, compela al dicho Pedro Gutierrez por todo rigor de Derecho, à que me pague dicha cantidad: protesto las costas, y el oficio de V. S. imploro: y juro en forma, que no pongo esta demanda de malicia, &c. Si verò per Procuratorem quis compareat: sic formatur libellus: *Manuel Sanchez, en nombre, y como Procurador de Juan Gomez, de cuyo poder bago presentacion, &c. Et in juramento dicitur: X juro en forma, en anima de mi parte, y de la mia, &c.* His clausulis positus rectè libellus formatus censetur. L. 40. tit. 2. p. 3. Et quidem illa clausula: *Como mejor aya lugar en Derecho*, facit, quod libellus sustineatur quocumque modo possit, juxta intentionem actoris. Illa alia clausula: *Que avida mi relacion por verdadera, en la parte que baste*, facit, quod actor non teneatur probare quæcumque in libello apposuit, sed sat erit, si probet, quod fundet suam intentionem. Illa clausula: *Las costas protesto*, facit, quod Judex possit adversarium in expensas litis condemnare: quod non possit facere, parte non petente respectu expensarum, quæ ante litem contestationem sunt factæ, potest tamen in factas post contestationem condemnare illa clausula: *El oficio de V. S. imploro*, facit, quod Judex possit impartiri suum officium ad utilitatem privatam petentis in omnibus ipsi necessarijs. Si in libello intentatur actio personalis in via ordinaria sic concluditur: *Condene al dicho Pedro Gutierrez, à que me de, y pague.* Si intenditur via executiva sic concluditur: *Compela.* Si actio realis intentetur sic concluditur: *Condene à que me entregue.* In nostra Hispania non est necessarium, expedit tamen, conclusionem in libello apponere. Et juxta stylum Tribunalium Hispaniæ non ponitur in libello nomen proprium Judicis, quidquid sit de jure antiquo in L. 40. tit. 2. p. 3. sed tantum titulus Judicis, & quidem in media fonte libelli, juxta cujusque Judicis gradum. Si Regi offertur tantum apponitur — *Señor*, — & in corpore libelli dicitur *V. M.* si Senatui Supremo, vel Regijs Cancellarijs offertur, dicitur: — *M. P. S.* — scilicet, *Muy Poderoso Señor*: & in corpore dicitur *V. A.* At verò si in Cancellarijs aliquis loqua-

tur, vel respondeat alicui Senatori, dicitur: *V. S.* si Episcopo offeratur libellis dicitur — *Ilmo. Sr.* — & in corpore *V. Ilmo.* idem est, si Archiepiscopo offeratur, nisi sit Archiepiscopus Toletanus: nam tunc dicitur — *Excmo. Sr.* — & si Cardinalis sit — *Emmo. Sr.* — & in corpore *V. E. L.* Latior explicationem libelli potes videre apud Paz in Praxi. tom. 1. p. 1. temp. 4. Hevir in Cur. Philip. p. 1. §. 11. & alij apud ipsos.

49 Post oblatum Judici libellum sequitur citatio: quæ nihil aliud est, quam quidam actus legitimus, quo quis mandato Judicis juris experiendi causa in judicium vocatur. L. 1. ff. de In jus vocand. Et Hispanè dicitur: *Citacion, & emplazamiento.* L. 1. tit. 7. p. 3. tot. Tit. 3. lib. 4. R. C. Hæc citatio debet fieri, juxta cujusque Curie stylum. In nostra Hispania transmittit Judex libellum actoris reo, quin sit necessarium ipsi concedere inducias deliberatorias. C. 2. de Dilation. Citatio alia est *juris*, alia *hominis*. Citatio *juris* est, quando Lex assignat terminum, intra quem quis in judicio debet stare. C. 1. de Elec. in 6. C. 8. de Offic. Ordinar. in 6. & *sepe alibi*. Citatio *hominis* est, quando Judex vocat aliquem in judicium. C. 19. de Foro compet. si per Nuntium, vel ore tenus, vel in scriptis citatio fiat, dicitur *verbalis*: si sit privatim ad faciem, vel domum rei dicitur *privata*, si voce præconis, campana, tuba tympano, tormento bellico, vel signo Militari, Hispanè: *Vandera*, ut sit in Exercitu, vel clatte Maritima, dicitur citatio *publica*. Si per Edictum quis citetur, dicitur citatio *Edictalis*: & hæc fit, quando citandus est vagus, vel impedit, quominus aliter citari possit, vel li locus ubi est citandus, non ceniatur tutus: vel si contradictor sit incertus: vel in genere citentur omnes, quorum interest; & ita fit, quia hoc solum modo speratur, citationem ad notitiam citatorum perventuram. C. 1. de Possulat. Pralator. Et hic modus citandi solum permittitur Judicibus Ordinarijs, & delegatis Principum, secus alijs. Auth. *Qui semel. C. Quomod. & quam.* Et quidem prius citatio debet legi per Nuntium, vel Ministrum, & postea assignari debet in locis consuetis, & ibi est reintroducta sufficienti temporis spatio requirendo Judicis, & de his omnibus testimonium iurandum est. Si Judex simpliciter mandat alicui, quod tali die compareat, dicitur citatio *simplex*, si præcisam necessitatem comparandi imponat, ulteriori termino, seu citatione denegata, vel si citetur tribus die-

tinâs citationibus, ut scâpe fit, vel una pro tribus, dicitur citatio *parentoria*. L. 70. l. 72. ff. de *judic.* sed citatus debet de hoc admoneri, & tempus debet esse sufficiens, ut reus possit ad Judicem accedere, & deliberare, quid debeat respondere. Et tempus præfixum computandum est à tempore citationis factæ. *Citatio realis* est, quando persona apprehenditur, & capitur. C. 15. de *Sentent. excom.* in 6. Et solum Judicis Ordinario permittitur hic modus citandi, non vero delegato, nisi in aliquibus casibus; arg. C. 1. de *Judic.* in 6. & in criminalibus adhibetur, præmissa causæ cognitione, saltem summaria. In civilibus verò, quando debitor est suspectus de fuga, & debitum est liquidum, & habet unde solvendo, sed non habet bona immobilia. Et quidem tunc, & ipse creditor potest debitorem apprehendere, & Judicem tradere. L. 10. §. 16. ff. *Qua in frau em creditor.* *50* Ut citatio fit legitima, debet, si causa utilitatem privatam contineat, fieri ad instantiam partis. L. 68. ff. de *Judic.* Si causa publicam concernat utilitatem, Judex ex officio procedit, nemine petente, ut hodie fit in causis criminalibus, præsertim in capitalibus: quia publicè interest, ne delicta maneant impunita. L. 51. §. fin. ff. ad *Leg. Aquil.* debet item fieri de mandato Judicis competentis, cujus scilicet jurisdictioni subit citatus, & in ejus territorio commoretur, aliàs citatio non arcabitur. L. fin. C. de *Exhibend. reis.* Siquidem Judicis extra suum territorium jus dicenti impunè non paretur. C. 2. de *Constitut.* in 6. L. fin. ff. de *Jurisdict.* si citatus sit extra territorium citantis, debet per literas requisitorias Judex illius loci moneri, ut ipsum capiat, & remittat. L. 7. tit. 4. p. 3. nisi forte reus ad illum locum malitiosè se transfulisset, ne posset à suo Judice citari: nam tunc habita de hoc informatione, etiam extra suum territorium potest Judex in nostra Hispania, saltem verbalitè, citare. L. 7. tit. 3. lib. 4. R. C. *Acce.* in 1. 3. tit. 3. lib. 4. R. C. ex n. 30. Si citatio certo consistit, Judicem ipsum citantem non esse competentem, ut si Clericus à Laico citetur, nullo modo tenetur citatus coram citante; nequidem ad allegandum suum privilegium comparere: sed potest illud incompetentiam Judicis opponere. L. 2. tit. 7. p. 3. ubi plures casus afferuntur, in quibus citatus non tenetur coram citante comparere. Si dubium sit, tenetur citatus, se Judicem sistere: quia Judicis est estimare, an sua sit jurisdic-

ti. 5. ff. de *Judic.* & ibi suum privilegium allegabit, etiam si privilegiatus sit; ut sic Judicibus debitus honor, & reverentia præstetur. L. 2. tit. 7. p. 3. *Pax in Traxi,* tom. 1. p. 1. temp. 3. n. 42. Et quamvis requiratur Judicis mandatum ad aliquem citandum, præsertim si capiendus est, tamen si reus in flagranti delicto reperitur, potest à Ministris Justitiæ apprehendi. L. 7. tit. 23. lib. 4. R. C. ibi: *Mandamos, que ninguno de los alguaciles de la nuestra Casa, y Corte, y Chancilleria, ni de las otras Justicias, prendâ persona alguna sin mandamiento salvo el que hallaren haciendo delitos y el que lo contrario biere, de, ni carecelero no lleven derecho alguno; y si lo llewaren, lo buelvan con el quatroto ante la mitad para la parte, y la otra para la Iglesia mas cercana à la Carcel.* Si Judex delegatus aliquem citet, in ipsa citatione est inferenda copia delegationis. C. 31. de *Offic. delegat.* Et ibid. *Gonz. n. 3. Gloss. in C. 8. 3. q. 2. N. Convocari contra Enim. & alior.*

*51* Citatio igitur in scriptis facta debet continere. 1. nomen, & cognomen Judicis citantis, ut sciatur, an competens, an incompetens sit, vel etiam an suspectus habeatur. 2. nomen, & cognomen actoris, & rei. Si universitas citetur, citatur ejus Syndicus. L. 1. §. 1. ff. *Quod cuiusq. Universit.* Si careat Syndico, illius capita citantur, v. g. Decanus Capituli, Abbas Monasterij, Consules, & Senatores Civitatis, Præfex Cancellarie, & similes. 3. debet indicari locus judicij, ut reus adversus locum, si extra Judicis jurisdictionem, vel si non est tutus, vel si incommodus sit, possit excipere: Nam extra territorium Judicis non paritur impunè. L. fin. ff. de *Jurisdict.* nec citatus tenetur comparere nisi in loco idoneo, & securo, & potest appellare, si compellatur ad talem locum accedere. C. 47. de *Appellat.* 4. debet concedere terminum competentem, intra quem possit reus comparere; nam si terminus nimis brevis apponatur, citatio valida non erit; arg. L. 5. ff. *Quod vi, aut clam.* Et potest à tali gravamine appellari. & licet non fit assignanda hora, quia debet reus hora solita comparere, & quidem ante tenebras, assignandus est dies, ut reus sciat, quando, & an comparere debeat, vel non: nam si dies est feriatus in honorem Dei, tunc non potest comparere; si fit feriatus in favorem partium, ut tempus mensis, vel vindemiarum, non tenetur, potest tamen tali favori renuntiando, comparere. C. fin. de *Ferijs:* nisi forte periculum sit in mora, quia tunc quolibet die

potest fieri citatio, veluti si res tempore peritura sit, vel alia urgeat necessitas: quippe hac urgente facillè jura relaxantur. C. 4. de *Reg. jur.* Etiam in causis pupillorum, viduarum, alimentorum, incarcerationum, & aliarum personarum miserabilium potest citatio die feriato fieri. Executio citationis fit per Judicem, vel Tabelliones, vel Nuntium, vel Apparitores, vel Alguacellos, vel per alios Ministros publicos: qui quidem sine Judicis decreto nequeunt citare, nec verbalitè, nec realitè. L. 1. tit. 7. p. 3. L. 3. tit. 3. lib. 4. R. C. L. 7. tit. 23. lib. 4. R. C. cujus verba supra retulimus. In nostra Hispania, ut credatur Nuntio afferenti, se alium citasse, duo testes requiruntur, si Nuntius fuerit judicum inferiorum; si fuerit Nuntius Regis, unus testis sufficit. Judici verò Curia Regis afferenti, se aliquem citasse, creditur absque alio teste. L. 1. tit. 7. p. 3. debet insuper fieri citatio in proprio territorio, & in diei claritate, non de nocte. C. 24. de *Offic. deleg. ut judicium Ecclesiasticum exerceatur in venerbis: quia juxta testimonium veritatis, qui male agit, cædit lucem.* Et quidem debet fieri in ipsius rei faciem, vel si non invenitur ad domum, in qua ipse habitat. C. 3. de *Elect.* Nec hodie domus est, ut olim erat, tutissimum refugium. L. 18. ff. de *In jus vocand.* Si in sua domo non invenitur reus, fiet citatio domesticis, vel vicinis, vel denique per præconem, vel Edictum citabitur: quæ omnia notantur in processu à Tabellione. L. 1. tit. 7. p. 3.

*52* Prima citatio, qua reus monetur, Juris Naturalis est, cum ad ejus defensionem spectet. C. 2. de *Sentent. & re judic.* & Juri Divino valdè consona est: siquidem Deus noluit Adamum condemnare, ante quam ipsum citaret, & ejus excusationem audiret. *Genes. 3. v. 9.* ibi: *Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, ubi es? Qui ait: Vocem tuam audivi in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit: Quis enim indicavit tibi, quod nudus essem, nisi quod ex ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comedis?* Et postea sententiam profert. Ferè idem conitar ex casu Sodomez. *Genes. 18.* & ut dicitur in *Text. in c. Deus omnipotens 20. 2. q. 1. Deus omnipotens, ut nos à precipitata sententia prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomez, noluit audita judicare, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait: Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me opere complevit.* Tom. I.

riat, an non est ita, sciam. Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia et manifesta sunt, etiam antequam fuerit, non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic proluxerat) vitantes, non inferimus per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutendis, & iudicandis negotijs essemus, & ne mala quorumque prius quisquam præsumat credere, quam probare. Et hac ratione prima citatio non potest omitti: nec in hoc Princeps, nec Summus quidem Pontifex dispensare valet. C. 1. de *Caus. posses. & propriet.* c. 2. c. 4. 3. q. 9. C. 2. de *Sentent. & re judic.* Nam ut Seneca in *Medeam act. 2.* aiebat: *Qui statuit aliquid parte inaudita altera. Equum licet statuerit, haud æquus fuit.* Ideo Alexander Magnus, orante aliquo accusatore, altera manu aurem solebat ocludere, ut ipsa servaretur reo expertis omnis calumnia, ut notat *Plutar. in Alex.* imò, & si Diabolus in judicio compareret, audiendus esset, ut dicunt communiter DD. nisi crimen sit adeò notorium, ut nulla reo superstiti defensio ad excusandam poenam, vel culpam: nam tunc absens, & non citatus condemnari potest. C. 15. c. fin. 2. q. 1. ubi dicitur, quod manifesta, accusatione non indigent. C. 5. §. 1. de *Appellat.* Et sic *Apoll. 1. Cor. 5. v. 3.* quemdam absentem, & irrequitum excommunicavit. Nec est necessaria citatio, quando reus in flagranti crimine deprehenditur, nec quando Judex ex officio procedit, nec quando reus est præsens, & paratus est respondere: nec quando periculum est in mora, nec quando non requiritur causæ cognitio. Deinde in causa hæresis possunt recipi testes, etiam parte non citata. C. fin. de *Heretic. in 6.* De quibus, & alijs casibus passim agunt DD. extra ipsos tamen citatio præire, & ad iudicium supponi debet: & merito: nam ipsa est quasi lapis angularis, & fundamentum judicij in sentu mox explicando. §. fin. *Infl. de Poena temerè litig.* Hinc processus sine prævia citatione factus est irritus, & nullus, ejusque nullitas quocumque tempore potest opponi, etiam post sententiam revisionis. *Paz. in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 3. n. 8. Larrea, Valenz. Pareja, & alij, cum Gonz. in c. 1. de Caus. posses. & propriet. num. 21.*

*53* Non solum reus principalis, sed etiam omnes, quorum interest, seu quorum causa agitur, citandi sunt. L. 47. ff. de *Re judic.* l. 39. ff. de *Adoptio.* quod si reus procuratorem ad litem constituit, post ipsam contestatam, & ipse Procura-

tor, cum quo lis agi intelligitur, citandus est. Non tamen possunt citari ascendentes a descendentibus, patroni a libertis, & omnes personæ, quibus debetur ab actoribus reverentia, nisi præcedente iudiciali venia, saltem tacita. *L. 4. l. 13. ff. de In Jus Vocand.* Et licet olim non possent citari Consules, Præfeci, Prætores, Proconsules, neque ceteri Magistratus, qui habebant imperium, & aliquem poterant coercere, & jubere in carcerem duci. *L. 2. ff. de In Jus Vocand.* sed hodie jam generali consuetudine citantur, & in Jus vocantur, quando oportet, coram Magistratibus Superioribus, quod præcipue in nostra Hispania observandum est. *Ob L. 2. tit. 7. p. 3. Greg. Lop. ibid. V. Juez Mayor. Sebastian Ximen. in Concord. jur. in L. 2. ff. de In Jus Vocand.* Deinde in Jus vocare nullus debet Clericum, dum sacra facit, nec eos, qui propter loci religionem inde se movere non possunt, nec eum, qui est impeditus causa Republicæ, vel in bello, vel in castris, nec eum, qui uxorem ducit, ipso die nuptiarum, nec Judicem, dum de re cognoscit, nec eum, qui actum apud Prætorum causam agit: neque finis ducentem familiarem, jultavè mortuo facientem. *L. 2. ff. de In Jus Vocand. L. 2. tit. 7. p. 3.* ubi plures, referuntur, qui ex justo motivo nequeunt citari. Si ergo nulla justa causa citatum excuset, debet ipse citationi legitimè parere, & coram Judice se sistere: alias ad instantiam actoris potest, ut contumax puniri. *c. 2. de Dolo, & contum. L. 2. ff. Si quis in Jus vocat.* Citatio legitimè à Judice facta, facit, quod ipse in causa præveniat, nec alij Judices, quantumvis alias competentes possunt se intronizzare, nec immiscere causæ cognitioni. Ipseque actor tenetur coram eo Judice litem prosecui. *L. fin. §. 2. C. de In Jus Vocand.* nec habet potestatem alterum Judicem, etiam alias competentem eligendi. *c. 19. de Foro compet.* & per citationem constituitur citatus, legitimus contraditor; adeo, ut citans, licet alias possit, jam non potest illum repellere, & in hoc Judex sibi præjudicat. Per citationem perpetuatur jurisdictionis delegati. *c. 20. de Offic. delegat.* item inducitur lris pendentia, ita ut nihil possit jam innovari. *c. 1. & per tot. ut lite pendet.* res etiam sit litigiosa, ac proinde lite pendente alienari non potest. *Cl. 2. Ut lite pendet.* & interrumpitur præscriptio saltem odiosa, ea scilicet, quæ tantum ob negligentiam Domini inducitur. Etiam per citationem prorogatur Judicis, qui citavit, jurisdic-

adeo, ut coram eo litem prosecui teneatur citatus, etsi postea diversis foro esse coeperit. *L. 7. ff. de Judic. L. 19. ff. de Jurisdic. Prædictos tamen effectus minime operatur citatio invalida. Cl. 3. de Elect. nisi ex post facto convaliderit per comparitionem citati, vel si se pro citato habeat: quia cum in rei favorem sit hæc nullitas introducta, ab eo valet utique renuntiari. *L. 29. C. de Passis.* Et ob contrariam rationem non convalescit citatio, quæ ex defectu jurisdictionis invalida fuit. De quibus omnibus late agitur in *Tit. 7. p. 3. Tit. 3. lib. 4. R. C. Et ibid. Greg. Lop. & Acevedo. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 3. & 4. Hevia in Cur. Philip. 1. p. §. 11. & 12.**

## TIT. IV.

## De Mutuis Petitionibus.

**R**econventio est rei conventio adversus actorem, durante conventionis judicio vicissim sub eodem Judice, sive Ordinario, sive delegato instituta actio. *C. 3. de Rescript. in 6. L. 22. ff. de Judic. C. 1. b. t. Et Barbof. ibid. n. 5. & Gonz. n. 4. 6. & 9.* Conventio igitur est petitio actoris adversus reum: reconventio est mutua petitio seu actio rei adversus actorem: Hinc ille, qui non potest agere, ut excommunicatus, non potest reconvenire: Sed omnis ille, qui contra aliquem agit ab eo reconveniri potest, si non prohibeatur à Lege: non tamen permittitur actori reconvento rursus reum reconvenire, ne procedatur in infinitum. Nec potest quis reconvenire actorem, quando non suo, sed alieno nomine agit, qualis est Procurator, Tutor, vel Curator. Reconventio differt ab exceptione quia hæc nihil petit, sed tantum intentionem actoris excludit. *L. 2. ff. de Exceptioni.* cum reconventio sit mutua petitio. Etiam differt à compensatione, quia hæc est debiti liquidi, & confessi: reconventio est ejus, quod debetur, sed nondum est confessum, aut certum: estque præparatoria ad compensationem petendam. *l. 1. ff. de Compensat. l. 1. ff. de Compensat.*

**55** Reconventio habet locum in quacunque causa non excepta, etiam si causæ sint diversi generis, v. g. quod causa conventionis sit exempto, & causa reconventionis sit ex mutuo. *L. 1. §. fin. ff. de Extraordin. cognit. sive una ex actione reali, alia ex personali procedat, sive utraque sit plenaria, sive summaria sit. Cl. 2. de V. S.* si verò una sit summaria, &

altera plenaria, & pari passu ambulare possint, una sententia definiuntur: quod si summaria exigat accelerationem: tunc talis reconventio solum effectum prorogandi Judicis jurisdictionem operabitur, non verò quod simultaneus processus fiat, & una sententia terminentur causa conventionis, & reconventionis. Etiam in causis executivis utrumque locum habet reconventio, siquidem utraque causa potest intra terminum primæ executionis liquidari. Secus si una sit ordinaria, & altera executiva: imò etiam si utraque sit executiva, si reconventio intra terminum primæ executionis nequeat liquidari, admittitur quidem tantum, quoad effectum prorogandi jurisdictionem, non verò quoad effectum impediendi executionem primæ causæ conventionis. *Aceved. in L. 1. tit. 5. lib. 4. R. C. ex n. 68. Didac. Perez. Gonzal. in c. 1. b. t. n. 6. contra alios.* Reconventio autem varijs casibus non habet locum. 1. In causa depositi: nam hæc adeo privilegiata est ob bonam fidem, qua exuberare debet, ut nullam exceptionem, aut compensationem admittat. *c. 2. de Depositi. L. 11. C. eod.* Si verò proponatur, jurisdictionis prorogationem operabitur, non tamen poterit Judex simul in utraque procedere. 2. In causa spoliij: nam spoliatus agens judicio possessorio ante omnia restitendus est. *c. fin. de Ordin. cognit.* 3. In causa appellationis: nam ibi solum judicator de sententia lata in prima instantia, & de gravamine illic illato reparando. Hinc cum reconventio in prima instantia non sit proposita, nec in appellatione est proponenda. 4. In causa feudali: nam actor conveniens Vassallum super re feudali coram Domino feudi non potest reconveniri super re allodiali (id est, libera à feudo) coram ipso, siquidem extra causam feudalem, jurisdictione caret. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 6.* In causa criminali, si quis est civiliter accusatus, potest reaccusare civiliter actorem: quia tunc illa causa, ut civilis habetur, cum de interesse solum agatur. Accusatus civiliter etiam potest criminaliter accusare actorem: prius tamen de crimine est pronuntiandum quam de causa civili cognoscatur. *L. fin. c. de Ordin. judic.* at vero accusatus criminaliter non potest civiliter reaccusare actorem: siquidem causa criminalis, ut magis principalis filere facit civilem. *L. fin. c. de Ordin. judic.* nec criminaliter accusatus potest reaccusare criminaliter. *c. 2. c. 3. q. 11. L. 5. ff. de Public. judic.* quia non relatione criminis, sed innocentia purga-

tur reus, potest tamen de majori crimine vel de connexo cum crimine objecto, vel quando suam, vel suorum injuriam prosecuitur, reaccusare criminaliter. *L. 19. c. de His, qui accusar. L. 14. §. 6. ff. de Bonis libert.* Similiter potest accusatus reaccusare criminaliter, quando Judex est competens respectu utriusque, præcipue, quando illius criminis objectione reus læt crimine liberat. *L. 4. tit. 1. p. 7. Et ibid. Greg. Lop. Gonz. in c. 1. b. t. n. 12.*

**56** Reconventio habet duos effectus. 1. Est prorogatio jurisdictionis ex jure, & sine consensu partium proveniens: ita ut actor reconventus subjiciatur judici, coram quo ipse agit, nec ipsum licet incompetentem, possit reculare. *L. 14. C. de Sentent. & interloc.* ibi: *Cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere contra se judicem in eodem negotio* (hoc est lite, vel instantia) *non dedignetur. L. 20. tit. 4. p. 3. ibi: Ca quisada* (id est, justa) *cosa es que despues, que el demandador quiso alcanzar derecho ante esse Juez, que ante el lo faga al demandado.* Cessat tamen hæc prorogatio, ac proinde reconventio, quando Judex, nequidem consentientibus partibus, de causa cognoscere potest: v. gr. si causa reconventionis sit reservata Supremo Principi, vel Judex sit Laicus, & causa spiritualis sit, respectu cujus incapax est. Quando Clericus coram Judice Sæculari agit contra Laicum, non potest de crimine coram eo reconveniri, quia de hoc solum Judex Ecclesiasticus contra Clericum cognoscere valet. *c. 8. de Julic.* Si verò reconventio per modum exceptionis Clerico actori à Laico opponatur in causa civilis coram Judice Sæculari, cum tunc tantum ad rei defensionem tendat, nec ultra pretendatur, absubdjo admittitur: quod si reconventio per modum actionis proponatur, *Abb. in c. 4. de Judic. & alij tenent,* quod tunc non potest cognoscere Sæcularis ob ejus incompetentiam respectu Clerici, cum jura absoluta, & generaliter Clericum à judicio Sæculari eximant. Possit tamen tunc Sæcularem cognoscere, & ejus jurisdictionem prorogari, ac proinde competentem reddi, tenent *Glos. in c. 1. b. t. V. Super. Barb. ibid. n. 4. Felin. Bartol. Bald. & alij,* quod saltem in Nostra Hispania tenendum est ob *L. 57. tit. 6. p. 1. ibi: Mas si el Clerigo demandare alguna cosa al Lego temporal, tal demanda como esta debe ser hecha ante el Juegador Seglar, è si ante quel pleyto se acabasse, el Lego, à quien demanda, quisiere favor otra demanda al Clerigo su demandador, alli debe responder*

por aquel mismo juicio, è non se puede escusar por la franqueza, que han los Clerigos por razon de la Eglefia. Et ibid. Greg. Lop. ubi dicitur hanc opinionem communem DD. utriusque juris, & quam approbat antiqua consuetudo. Sed etiam si Secularis avertit Clericum sententiam ferat executio relinquenda est Ecclesiastico. 2. effectus reconventionis est processus simultaneus. Utraque enim causa simul, quoad actus judiciales tractanda est. C. 1. 2. de Ordin. cognitio. & si de utraque simul liqueat eadem sententia terminanda est. C. 1. b. t. ita tamen, ut prerogativa detur actori. Si reconventio in litis exordio proponatur, vel statim per contestationem ante alios actus judiciales, habet utrumque effectum. C. 1. b. t. si vero proponatur post litem contestatam utque ad sententiam definitivam, tunc non processus simultanei effectum cum damno actoris, sed tantum prorogationem talis reconventio operabitur. arg. C. 3. de Rescript. in 6. Gonz. in C. 1. b. t. num. 7. In nostra Hispania reconventio quoad utrumque effectum potest proponi etiam post litem contestatam, sed tamen intra viginti dies assignatos ad opponendas exceptiones peremptorias, postea vero non admittitur. L. 1. tit. 5. lib. 4. R. C. Et ibid. Aeced. in 60.

## TIT. V.

## De Litis contestatione.

57 **O**LIM actor, & reus coram Iudice testes adducebant, & ordinato iudicio dicebant: *Testes estotes*; & hinc nomen arripuit *litis contestatio*. Teste Carol. Sigon. Gonz. in C. un. b. t. n. 6. Et hac quidem est proprie fundamentum, lapis angularis, & basis Iudicij. L. 3. tit. 10. p. 3. ibi: *Comenzamiento, è raiz de todo pleyto, sobre que debe ser dado juicio, es quando entran en el por demanda, è por respuesta delante del Jvdgador. Et ibid. Greg. Lop. Gloss. in C. 27. de Offic. delegat. V. Litis exordium*, quamvis citatio, quia est principium actionis. L. 3. C. de Edendo, aliquando late dicitur principium, & fundamentum litis: at verò proprie loquendo, ipsa citatio, & cetera, quæ præcedunt contestationem litis, dicuntur preparatoria Iudicij. *Litis ergo contestatio est petitio actoris in iudicio proposita, & subiecta responsio rei, animo litigandi.* C. un. b. t. L. 2. l. 3. tit. 10.

p. 3. l. 1. tit. 4. lib. 4. R. C. sive petitio, & responsio per ipsum actorem, & reum, sive per Procuratores, vel Tutores eorum proponatur: vel etiam per advocatos partium. C. 62. de Appellat. sive fiat verbis juxta stylum Curia usitatis, & dicitur *contestatio solemnis*, sive quocumque alio modo fiat, verbo, vel facto animum contestandi litem significante, & dicitur *contestatio simplex*. Quando reus dicit: *nego narrata, ut narrantur, vera esse*: non potest argui de simplici negatione, nec de simplici confessione: sicque evitat poenam statutam negantibus. L. fin. ff. de Rei vindicat. Nec item potest pro confessio, nec pro condemnato haberi. L. un. C. de Confessis. Sed Jure Regio hujusmodi verbis lis contestata intelligitur. L. 3. tit. 10. p. 3. Et ibid. Gregor. Lop. V. Non son. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 7. n. 52. quia obstat, L. 1. tit. 4. lib. 4. R. C. ubi dicitur, quod contestatio debet fieri per verba: *nego, vel confiteor*: potestque fieri lis contestatio non solum in continenti, & præsentè parte, sed etiam ex intervallo, & absente parte fieri valet. L. 2. tit. 4. lib. 4. R. C. potestque fieri tam per affirmationem, quando scilicet, narrationem fateatur reus, opponit tamen exceptionem quod jam solvit debitum: quam per negationem, quando scilicet, simpliciter negat reus, quod actor petit dumtamen hæc fiant, ut semper præsumitur (nisi expressè reus protestetur) animo litigandi, & iudicium subeundi. Hinc etiam tacite fit contestatio, si reus deserat juramentum actori: nam tunc fatetur censetur, esse vera contenta in libello, si actor juret. In nostra Hispania debet lis contestari præcisè per hæc verba *nego, vel confiteor*. L. 1. tit. 4. lib. 4. R. C. l. 10. tit. 3. p. 1. 3. tit. 10. p. 3. ubi additur: *E respondiendo el demandado à aquella demanda llanamente: si, è non: : Ostros puede responder el demandado, si quisiere negar la demanda, en esta manera, diciendo así: Las cosas, que son puestas en la demanda de mi contendor, niego, que no son así, como èl lo contó. Et ibid. Greg. Lop.* Si reus tanquam Procurator, vel hæres alterius compareat, sufficit ad contestandum, si dicat, quod nescit, nec credit petita sic esse. L. 3. tit. 10. p. 3.

58 Contestatio debet fieri in jure, seu iudicio; arg. L. 4. ff. de Interrogat. & regulariter est necessaria litis contestatio ad substantiam iudicij, cum sit illius fundamentum. L. 3. tit. 10. p. 3. quo deficienti corruit ædificium. L. 26. ff. de Except-

rei iudic. C. 16. t. 1. q. 1. & cum ad jus publicum pertineat non potest à partibus litis contestatio renuntiari. L. 38. ff. de Passis, nec Iudicis autoritate valet remitti, imò & ipse Jdex potest partes ad litem contestandam compellere. L. 10. tit. 3. p. 3. ac proinde litis contestatione non præcedente nullus est processus; arg. L. 4. C. de Sentent. & interloc. L. 7. tit. 3. p. 3. l. 2. tit. 16. p. 3. & probat Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 6. n. 2. In iudicij summarijs non est necessaria litis contestatio, cum ad solemnitates Juris Positivi, non ad Jus Naturale pertineat. Cl. 2. de Verb. signif. Et hæc ratio nec requiritur litis contestatio, quando causa agitur coram Principe: nam hic bene potest ordinem iudiciorum sua autoritate supplere: nec in causis appellationis. C. 58. de Appellat. quia durat contestatio facta in prima instantia: nec in causis notorijs, in quibus juris ordo non servatur. C. 21. de Jur. jur. quinimò in ipsis, juris ordo est, ordinem juris non servari. Nec requiritur in causis, ubi non requiritur libellus. Cl. 2. de Verb. signif. In nostra Hispania etiam in causis summarijs debet lis contestari. L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 6. n. 7. Litis contestatio de Jure Communi fit post viginti dies post oblatum libellum. *Auth. offeratur, C. h. t.* in nostra Hispania intra novem dies ab oblatione libelli est contestanda lis, alias reus pro confessio habetur. L. 1. tit. 4. lib. 4. R. C. quæ poena licet non servetur apud Regios, & Supremos Iudices, tamen apud inferiores servari debet; ut tenent Covarr. Matienzo, & Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 6. n. 44. & tales dies sunt continui, non utiles, & contestatio non solum de die, sed etiam nocte fieri potest. Aeced. in L. 1. tit. 4. lib. 4. R. C. n. 39. Et potest fieri coram Iudice in loco ubi possit inveniri, vel si Jdex non inveniat, coram Tabellione. L. 2. tit. 4. lib. 4. R. C. Si reus intra novem dies non contestetur litem, potest nihilominus intra viginti dies opponere exceptiones peremptorias. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 6. n. 29. in causis verò gabellarum lis est contestanda intra tres dies connumerandos à die intimationis libelli reo facta. L. 5. tit. 7. lib. 9. R. C.

59 Non fit litis contestatio per oppositionem exceptionum à reo factam, sive opponantur exceptiones peremptoriae. C. fin. b. t. in 6. quando, scilicet, intenditur vel nullam unquam fuisse actionem, vel actionem, si quæ competijt, extinctam

fuisse debiti solutione, transactione, jure jurando, vel autoritate rei judicæ: sive declinatoria, sive dilatorie opponantur. Nam per peremptorias non suscipitur iudicium, sed potius perimi intenditur; per declinatorias Jdex declinat, ac proinde suscipi nequit iudicium. Per dilatorias non intenditur lis moveri, vel amplecti, sed potius differri. Si tamen actor replicet contra exceptionem à reo oppositam, jam fit litis contestatio saltem, quoad exceptionem: imò & lis contestatur, quoad rem controvertendam, quando opponitur exceptio peremptoria, non intendens, vel nullam esse actionem, vel defuisse, quæ erat, sed intendens elidere, & excludere actionem, quæ orta est; & competit. C. 1. b. t. in 6. quia tales exceptiones litis contestationem præsupponunt. *Positones*, de quibus in C. un. b. t. dicitur, quod per eas non fit litis contestatio: quia nullam continent petitionem, & regulariter fiunt post litem contestationem, sunt quedam breves narrationes alicujus facti; non juris, saltem communis, licet possint esse juris Municipalis, vel consuetudine introducti. C. 1. de Constit. in 6. Has quidem actor ponit in scriptis, ut ad controvertendam pertinentes, pertinet, adversarium ad eas respondere, ut se actor ab onore eximat probandi, quod in illis continetur. Reus non respondens, vel non ritè ad eas respondens, pro confessio habetur, si est justus eas respondere. C. 2. de Confessis in 6. Si reus eas neget, dicuntur *articuli* illæ ipsæ positiones, & actor eos probare tenetur. Hi etenim articuli in quodam interrogatorio includuntur, & ad ejus tenorem testes examinantur. Tam positiones actoris, quam responsiones rei offeruntur Iudici sub iuramento, quo jurant non proponi animo calumniandi, sed solum jus tuendi. C. 2. de Testib. in 6. Et ibid. Gloss.

60 Lite igitur validè contestata (invalida enim litis contestatio nihil operatur. *Auth. offeratur, C. h. t.*) incipit proprie iudicium; arg. L. 7. ff. Rem rati. haberi. l. 7. tit. 3. p. 3. Tunc siquidem instantia curtere incipit. L. 13. §. i. C. de Judic. nec jam possunt opponi exceptiones dilatorie nisi de ipsis ponendis facta sit protestatio, vel nova causa emerterit, vel de novo sciantur. C. 20. de Sentent. & ve iudic. nec Jdex potest reculari, nisi causa suspitionis superveniat: quia ex ipso facto litem contestandi partes videntur in eum consentisse. L. 52. ff. de Judic. item actio personalis fit litigiosa. L. 2. C. de Liti-

*Litigios.* Etiam possessor bonæ fidei per litis contestationem in mala fide constituitur, quoad fructus, quos quidem à die litis contestata non lucratur; sed debet illos conservare, & restituere actori, si hic in causa obtineat. *L. 22. c. de Rei vindicat.* Etiam interruptitur præscriptio decem, vel viginti annorum. *L. 26. c. de Rei vindicat.* Et in his contestatio est efficacia citatione: nam hæc solum facit litigiosam rem controversam in actione reali, & solum interruptit præscriptionem longissimi temporis. Etiam lite contestata actio temporalis perpetuatur usque ad 40. annos à tempore contestationis computandos. *L. fin. c. de Prescript. 30. vel 40. an.* Etiam actiones pœnales ex delictis, vel quasi delictis decedentes transeunt in solidum ad hæredes, ita, ut in solidum possint hæredes delinquentis conveniri, qui lite non contestata solum tenerentur in quantum pervenit ad ipsos. Per litis contestationem quasi contrahitur inter litigantes: ac proinde nullus potest, altero invito, à lite recedere, nisi velit condemnari, ut temerarius litigator in damna, & expensis adversario refundendas. *§. 1. Inst. de Pœna temer. litigant.* Nec jam admittitur mutatio libelli, nec potest revocari Procurator, si renuat, nisi ex iuxta causa. *c. 2. de Procurat. in 6.* nec possunt exigi cautiones, de iudicio sisti, de iudicatum solvi, & de r. o. 3. *arg. L. un. C. de Satisdando.* Hos, & alios effectus contestationis litis asserunt. *L. fin. tit. 10. p. 3. Greg. Lop. ibid. & com. DD.* & præcipue habetur, quod post litis contestationem, & non antea, procedendum est ad testium receptionem, & ad sententiam definitivam: de quo postea in Titulo sequenti agitur.

61 Qui litem contestari recusat intra novem dies præscriptos à Lege, si fuit personaliter citatus, pro confesso habetur in nostra Hispania. *L. 1. tit. 4. lib. 4. R. C.* debet tamen, saltem de consuetudine, præcedere accusatio contumaciæ facta ab actore, ut reus pro confesso habeatur. Et quidem debet reus pro confesso à Iudice declarari. Nec ante talem declarationem transit ad hæredes pœna huius Legis, si fortè antea moriatur reus: nec pœna huius Legis habet locum in Causis Criminalibus, etiam civiliter intentatis ad hoc, ut pro confesso reus habeatur. De quibus agitur in *tit. 10. p. 2. Et ibid. Greg. Lop. tit. 4. lib. 4. R. C. Et ibid. Accv. Gonz. & Barb. in c. un. h. t. Paz in l'rax. tom. 1. p. 1. temp. 6. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 14.*

## TIT. VI.

*Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.*

62 **P**resens Titulus, vel Rubrica cum sentum perfectum habeat, vim Legis obtinet, & pro tali in causarum decisionibus allegari valet. *Gonzalez hic. Olea, & Altamir.* Cum ergo à contestatione litis exordium sumat iudicium, conseqens est, ut lite non contestata non possint testes recipi. *c. 62. de Appellat. L. fin. tit. 10. p. 3. l. 2. tit. 16. p. 3. ibi: Los testigos non deben ser ante recibidos, que el pleyto sea comenzado por demanda, é por respuesta:* multoque minus potest sententia definitiva ferri, cum testes, & sententia circa rem in iudicium deducantur, nec lis potest per sententiam finire, si lis non fuit. *L. 83. l. 208. ff. de Reg. iur. ibi: Non potest videri desisse habere. qui nunquam habuit.* Potest tamen ante litis contestationem, sententia ferri interlocutoria: quia hæc pertinet, & contingit quaestiones emergentes inter principium, & finem causæ principalis: v. g. an citatio ad reum pervenerit, an reus pro contumacia sit habendus. *c. 70. §. fin. de Appellat.* an citatus sit iurisdictioni citantis subiectus, & alia huiusmodi quaestiones. Ac proinde tunc est necesse, testes recipi, & sententia ferri, etiam lite non contestata ad cursum causæ. *c. 19. de Judic.*

63 Possunt tamen testes recipi lite non contestata, 1. in iudicijs summarijs, in quibus de plano proceditur, nec libellus, nec litis contestatio de Jure Communi requiruntur; *arg. L. 2. tit. 16. p. 3. 2.* quando Iudex procedit ex officio ad inquisitionem generalem. *c. fin. §. Sunt, h. t. l. 3. tit. 16. p. 3.* si procedat ad instantiam partis, vel quando ex inquisitione speciali, etiam ex officio procedit, debet prius lis contestari, quam recipiantur testes. 3. cum actor timet, ne inter moras litis contestandæ in causa civili, vel criminali civiliter intentata pereat copia probationis ob senium, infirmitatem, profectionem ad bellum, navigationem, diuturnam absentiam testium, vel oblivionem rei gestæ, vel si alia iusta causa adsit: tunc enim possunt testes, etiam ante litem contestatam, recipi. *c. fin. h. t.*

Et

## Ut lite non contestata non procedatur ad testium, &amp;c. 237

*Et ibid. Barbof. & Gonz. l. 2. tit. 16. p. 3.* Quando ergo ex iusta causa testes ex parte actoris recipiuntur, debet regulariter, si commode potest, citari reus, ut interit testium receptioni, & juramentum ipsi præstare debent; *arg. c. 2. de Testib.* Si verò ex aliqua causa reus non interfuit testium receptioni, debet actor intra annum actionem instituire, vel saltem receptionem testium reo denuntiare, cessante iusto impedimento, alias attestaciones non valent, ne fortè hoc procuret in fraudem rei, ut processu temporis exceptiones legitime ad repellendum testes, vel alia locum habere non possint. *c. fin. h. t. l. 2. tit. 16. p. 3.* Hic quidem annus à principio est utilis, & in progressu continuus, curritque in diebus feriatis. *Glos. in c. fin. h. t. V. Intra annum.* Testibus enim sic examinatis non statim ad sententiam definitivam proceditur: sed eorum depositiones in publicum instrumentum redactæ aservantur, ut publicentur cum depositionibus aliorum testium, qui post litem contestatam recipiuntur. *L. 2. tit. 16. p. 3.* quod si tunc presentes, & valentes sint testes antecedenter recepti, denuò recipi possunt. *Barbof. in c. fin. h. t. n. §. contra alios.* Et habetur in *L. 2. tit. 16. p. 3. ibi: Pero si aquellos testigos fuesen vivos, è los quisiere el demandador aducir en juicio para probar su pleyto, non los puede el demandado desechar, maguer diga, que otra vez fueron recibidos, è non valió su testimonio: porque non gelo fizieron saber fasta un año, assi como dizeho es.* In causa verò criminali criminaliter intentata (excepta causa hæresis ob favorem fidei) non possunt lite non contestata testes recipi, etiam si de eorum morte, vel diuturna absentia timeatur. *Glos. in c. fin. h. t. V. Civiliter: quia satius est impunitum reliqui facinus nocentis, quam innocentem damnare:* quam benignissimam sententiam Trajanus protulit certè Hispano Principe dignam. *L. §. ff. de Pœnis, l. 2. tit. 16. p. 3. ibi: E lo que diximos en esta Ley, que los testigos pueden ser recibidos ante que el pleyto sea comenzado por respuesta: non ha lugar en pleyto de justicia, en que pudiese venir muerte, è perdimiento de miembro, è echamiento de la tierra. Fuera ande, si el Rey de su officio mandasse hacer pesquisa, assi como adelante mostraremos.*

64 Cum in potestate rei non stet conveniri, quando vult, sed quando actor illum velit convenire, & posset actor expectare, & distere dolose agere contra illum, donec testes, qui rei innocentiam possent defendere, essent mortui, absen-

tes, vel oblii rei geste: hac ratione potest reus, qui timet litem sibi in posterum movendam in causa criminaliter civili, pœnitoria, vel possessoria, testes producere ante litem contestatam, etiam si non sint senes, valetudinarij, vel abfuturi, ut examinentur ad perpetuum rei memoriam, & sui defensionem. Et sic receptæ attestaciones in perpetuum valent. *c. fin. §. Sunt, h. t. l. 4. tit. 16. p. 3.* In causa matrimonij, quando agitur de illius valore, si reus contumaciter absit, possunt ante litis contestationem recipi testes, & si de causa liquidò constet, sententia definitiva fertur. *c. fin. §. Porro, h. t. ob causæ favorem, ut conjuges sibi cohærent, si matrimonium valet, vel separatur, si non valet, ne ipsis peccandi occasio præbeatur.* Si verò agatur de adulterio ad separationem tori, vel restitutionem dotis, cum materia sit odiosa; siquidem agitur de præiudicio conjugis accusati, & ipsius matrimonij, quatenus intenditur dissolvi ejus individua societas, non debent testes recipi, nec sententia ferri etiam contra reum contumaciter absentem, quotique lis sit contestata. *c. 1. h. t.* Quando agitur de removendo Prelato electo, quia electio impugnatur tanquam nulla ex defectu formæ, vel personæ, & ipse contumaciter non compareat ad terminum peremptorium, testes, etiam lite non contestata, recipiuntur, & si de causa liquet ad sententiam proceditur. *c. fin. §. Porro, h. t.* Si verò postquam legitime fuit institutus agatur de eo removendo ob crimen, si contumaciter non compareat, excommunicatur. Si contempta censura, intra annum non compareat, contra eum proceditur ad sententiam depositionis, vel privationis. *c. 8. de Dolo, & contum.* eodem modo proceditur cum inferioribus Beneficiariis, saltem cum Curatis. Quando aliquid est notorium, etiam absente adversario, recipiuntur testes: imò & sententia definitiva fertur; *arg. c. 9. de Accusat.* In alijs causis, in quibus reus contumax est, non recipiuntur testes ante litem contestatam, sed actor mittitur in bonorum rei possessionem custodiat causa, vel si non habeat bona, compellitur per censuras ad comparandum. *c. 3. h. t.* Denique quotiescunque negotium est tale, quod faciliè potest oblivioni tradi, possunt recipi testes, etiam ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam. *L. 4. tit. 16. p. 3. ibi: Ad... ibid. Greg. Lopez.*

TIT.

## TIT. VII.

## De Juramento calumnie.

**65.** **C**alumniari in criminalibus est falsa crimina intendere. *L. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpil.* in civilibus est per fraudem alios litibus vexare, vel negotium frustrationibus differre. *L. 233. ff. de V. S. ad has igitur calumnias removendas est introductum juramentum calumnie. Sed quidem non Jure Divino, ut creditur Monach. de Arbitr. lib. 1. q. 20. n. 2. ex 22. Exod. v. 8. ibi: Si latet jur, Dominus domus applicabitur ad Deos, & jurabis, quod non extendaveris manum in rem proximi tui ad perpetranda fraudem.* Sed Jure Positivo, ut tenent DD. com. apud *Genz. in C. fin. b. t. n. 5.* nec textus Exodi loquitur de juramento calumnie: sed de juramento decitorio, quod præstat, qui rem alterius habuit in custodia: nec etiam si de eo loqueretur, aliquid probat, cum illa Lex abolita sit per Christum: Hinc est, quod tale juramentum potest omitti ex Principis dispensatione, & per tacitam partium renuntiationem. *c. 1. §. 1. b. t. in 6.* quia tunc partes sunt in continuo metu, ne juramentum exigatur; ac proinde finis illius obtinetur in calumnie remotione. Non tamen potest expressè renuntiari à partibus. *L. 2. C. b. t.* quia cum sit ob favorem publicum introductum, scilicet, ut omnis calumnia arceatur, & sciatur veritas, & ut compellatur auidacia litigantium, non potest à privato renuntiari. *L. 38. ff. de Pactis. c. 12. de Foro compet.* Siquidem renuntiatione expressa invitaret ad liberius calumniandum. *L. 2. §. 4. C. b. t. Acced. in l. 1. tit. 6. lib. 4. R. C. n. 2.* Nec à Judice valet remitti. *Acced. in l. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. n. 2.* Imò nec per consuetudinem potest tolli. *c. 5. b. t.* quia cum talis consuetudo præberet occasionem occultandi veritatem, & calumnijs viam aperiret, non videtur rationalis: præcipue cum à jure expressè excludatur. *Barbof. in c. 5. b. t. n. 5.* contrarium tamen tenet *Genz. in c. 5. b. t. n. 5.* Sed adhuc possunt hæ sententiæ conciliari: nam licet non valeat totalitè tale juramentum tolli, potest aliquomodo moderari, ut de facto contingit in nostra Hispania, & alijs Regnis. Hoc juramentum olim in nostra Hispania dicebatur: *Jura de la manquadra:* quia sicut manus, quæ quadrata est, habet quinque digitos, ita hoc juramentum continet quinque articulos, quos refert

*L. 23. tit. 11. p. 3.* Et etiam asert *Gloss. in c. 1. b. t.* in his Verficulis, in quibus continentur partes, quibus tale juramentum constat.

*Illud juretur, quod lis sibi iusta videtur: Et si quaeretur, verum non inficietur: Nil promittetur, nec falsa probatio detur: Ut lis iradetur, dilatio nulla petetur.*

**66.** Et quidem hoc juramentum differt. **1.** à juramento veritatis, quia hoc est de dicenda veritate, quam jurans scit. Juramentum verò calumnie est credulitatis quo quis jurat, se credere, bonam habere causam. **2.** differt à juramento malitie: quia hoc solum concernit partem negotij suspectam, itaque est tamquam species, vel pars juramenti calumnie. Et ante, vel post litem contestatam præstat, & potest exigi toties, quoties est aliqua presumpcio contra partem litigantem. Juramentum verò calumnie concernit totum negotium, & regulariter semel tantum præstat: & quidem solum post litem contestatam. *L. 23. tit. 11. p. 3.* sed antequam positiones ab actore offerantur. *c. 6. b. t.* Sed si fuit omisum, in qualibet parte præstat ante conclusionem in causa, parte sic petente. *c. 1. b. t. in 6.* Præstat ergo hoc juramentum Authore Judice. *L. 5. §. 14. ff. de Novi oper. nuntiat. coque, & advetricatio præsentibus, tactis Sacris Scripturis, vel Evangelijs. L. 2. C. b. t.* Sed hodie sufficit apud acta jurare, etiam non tactis, nec propositis Evangelijs: & præstat in omnibus causis, magnis, vel parvis, ordinarijs, vel delegatis, civilibus, vel criminalibus. In capitalibus tamen aliqui reum excusant ab hoc juramento: imò & alijs hoc juramentum à causis criminalibus excludunt. Sed quidquid alibi de hoc censendum sit, in nostra Hispania, etiam in causis capitalibus debet fieri. *L. 23. tit. 11. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. Acced. in l. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 1.* Hodie etiam præstat in causis spiritualibus. *c. 1. §. fin. b. t. in 6.* per quod corrigitur. *c. 2. b. t.* In causa appellacionis. *c. 2. b. t. in 6.* quia in secunda instantia alius est Judex, & aliud est Tribunal, & sic in praxi servatur. In causis summarijs ex generalitate. *L. 1. C. b. t. ibi: In omnibus causis. c. 1. eod.* At verò in notorijs non præstat, quia probatione non indigent; *arg. c. 9. de Accusat.* Si ab alterutra parte hoc juramentum petatur, necessario præstandum est, & si omittatur annullat processum, in quantum est in favorem recusantis jurare. In nostra Hispania, si tantum semel petatur, & si non præstat, non vitiat processum; vitiat tamen,

men, & annullat illum, si bis peritum, non præstat, *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Et ibid. Acced.* Hoc quidem juramentum præstat actor, & reus: prius tamen jurat actor de eo, quod credat, se bonam causam habere; deinde reus de eo, quod credat, se bono jure actori resistere. *L. 2. C. b. t. l. 23. tit. 11. p. 3.* Procurator verò, si habeat speciale mandatum, non tamen sine illo. *c. fin. b. t. in 6. l. 23. l. 24. tit. 11. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. Acced. in l. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 19.* hoc juramentum præstat: & tunc duplex facit juramentum, unum in animam propriam, alterum in animam principalis litigantis, seu suæ partis. Qui nomine alieno agunt, ut Tutores, Curatores, Æconomi, Syndici, Administratores Monasterij, Ecclesiæ, vel Civitatis jurant in animam ipsorum propriam, etiam si speciale mandatum non habeant principalis. *c. 3. c. 4. b. t. Barbof. in c. 3. b. t. n. 4. Acced. in l. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 20.* Nec est necesse jurare in personam principalis. *L. 2. C. b. t.* & in hoc differunt à Procuratoribus, qui cum speciali mandato, & non sine eo jurant in animam principalis. Minores in causis spiritualibus, & filij familias in Castrensis debent jurare per se, vel per Procuratorem in animam ipsorum. Procurator datus à Judice non tenetur jurare; *arg. c. 24. de Reg. jur. in 6. ibi: Quod quisque mandato facti iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.* Licet Advocati debeant de calumnia jurare. *L. 2. C. b. t.* Hodie ex consuetudine iusticæ generale juramentum, quod præstant, cum ad munus postulandi admittuntur.

**67.** Ab hac juramenti obligatione sunt exempti. **1.** Principes, quorum dignitas calumnie suspensionem excludit. **2.** Dominus feudi cum vasallo, & vasallus cum Domino feudi litigans. **3.** Procurator Fisci ex consuetudine. **4.** Parentes, & Patroni cum filijs, & libertis litigantes ob reverentiam eis à liberis, & libertis debitam. *L. 16. ff. de Jur. jur. secus liberi, vel liberi cum parentibus, vel patronis litigantes: Sed si parentes, vel patroni juramentum decilorium deferant liberis, & libertis, secum in casibus permisis litigantibus, non excusantur prædicti parentes, vel patroni à juramento calumnie præstando. L. 34. §. 4. ff. de Jur. jur. Genz. in c. fin. b. t. n. 6.* Clericus, sive Religiosus litigans coram Judice Ecclesiastico alieno, indiget licentia Prælati ad juramentum de calumnia præstandum. *c. 1. b. t. & à fortiori ea indiget, si coram Judice Laico litiget. c. 22.*

**22. q. 5.** quia hoc juramentum judiciale est coactivum, & ideo est necessaria proprii Superioris licentia. Ad juramentum verò extra judiciale, & voluntarium, quod Clericus, cum Laico contrahens, præstat, non est necessaria licentia, quia nulla est coactio, *arg. c. 26. de Jur. jur.* Quod si Clerici, vel Religiosi coram Judice non suo, sive Ecclesiastico, sive Laico sine Superioris licentia jurent, quamvis licentè faciant, non tamen vitiat processum, vel judicium. *Gloss. fin. in c. 1. b. t. Et ibid. Barbof. n. 8.* si verò Clerici, vel Religiosi in causa ipsorum propria coram Judice proprio litigent, possunt jurare per se, vel per Procuratorem. Si verò in causa Ecclesiæ litigent, quia v. g. sint Prælati, vel Abbates, non tenentur personaliter jurare, sed possunt hoc facere per Syndicum, vel Procuratorem generaliter ad causas Ecclesiæ constitutum. *c. 4. c. fin. b. t.* Et cum non deceat, quod Episcopus per se in judicio compareat (siquidem in judicio actor, & reus stare debent, sedente Judice) per Syndicum decenter comparebit, & per ipsum consequenter jurabit. *c. fin. §. 3.* Sed si causa sit criminalis, vel alia valde gravis, per se illamaget, & personaliter præstabit juramentum, non tactis, sed tantum propositis Evangelijs, & manu pectoris adnota. *c. fin. b. t. l. 24. tit. 11. p. 3.*

**68.** Quicumque de calumnia jurans, liberatur à calumnia præsumpta. *L. 1. C. b. t.* non tamen libertatur à solvendis litis expensis: quia si verè calumniator sit, ut potest accidere, etiam si de calumnia jurasset, & in expensas condemnandus, *Covar. Pract. qq. esp. 27. n. 1.* Qui verò juramentum præstare recusat, si est actor, cadit ab instituta actione: si reus, habetur pro confessio. *c. fin. §. 1. b. t. l. 23. tit. 11. p. 3.* non quidem ipso jure, sed post Judicis sententiam. *Auth. Principales. C. b. t.* quam quidem penam evitant actor, & reus, si ante sententiam præstent hoc juramentum, vel si moriantur ante sententiam declaratoriam: nam tunc eorum hæredes causam prosequi possunt, & debent hoc juramentum præstare, nec prædicta tenentur poena. *L. 29. ff. de Jure Etsi.* Hanc poenam non incurrit litigantes. **1.** quando simul actor, & reus jurare reculant: quia tunc unus damnatio alteri victoriam afferret. **2.** Si causa sit criminalis: nam tunc requirunt probationes clariore lucce meridiana; nec aliter potest condemnatio fieri. Et sic remiens potest compelli jurare per capturam personæ, & indictio-

nem multat, 3. Si causa sit spiritualis, v.g. si agatur de beneficio, de decimis, vel de jure patronatus: tunc enim reus jurare recusans habetur pro confesso in sui præjudicium, non autem in actoris favorem, ne detur ingressus vitiosus in beneficium: cum non aliter, quam per Institutionem Canonica debet conferri. *c. 1. de Reg. jur. in 6. Aeced. in l. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 2. & 3. 4.* Hac poena liberatur, si nolo jurare jam perfecte probasset: quia ubi non est probationis necessitas, nec hujus juramenti est necessitas. Hac etiam poena comprehendit eum, qui renuit juramentum malitiae præstare, ac proinde in illo articulo, in quo directat præstare juramentum malitiae, vel cadit à causa, vel pro confesso habetur: Nam cum hoc juramentum sit species, vel pars juramenti calumnie, quidquid jus de illo disponit, etiam de hoc disponere censetur, cum pars contineatur in suo toto. *L. 113. ff. de Reg. jur. c. 80. eod. in 6. quamvis aliqui teneant, hanc poenam ad juramentum malitiae non extendi. Quod satis constat ex generalitate. L. 23. tit. 11. p. 3. ibi: Cã si el demandador non la quiescise facer, debe dar por quito al demandado; è otro si el demandado fuesse rebelde en non sacarla, debelo dar por vencido, bien assi como si conociesse todo aquello, que le demandaba su Contendor.* Et clarius adhuc habetur in *L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C.* Quod si Procurator, vel alius administrator renuat juramentum calumnie præstare, eorum contumacia non debet Dominis nocere, ut hanc poenam incurrant, ut contra *Valensem hic n. 4. & alios* tenet communis, & benignior sententia, ex *L. unie. §. 2. ff. Si quis jus dicent. ibi: Si Procurator tuus, vel Tutor, vel Curator jus dicenti non obtemperavit, ipse punitur, non Dominus, vel pupillus.* Et quidem ipse Procurator non audietur in ea causa. In nostra Hispania in locum juramenti calumnie successit juramentum malitiae in hac forma: *T juro à Dios, y à esta X que esta demanda non pongo de malicia.* Si Procurator jurat, ait: *T juro à Dios, y à esta Cruz en anima de mi parte, y la mia.* *Pax in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 4. ex n. 39. & 44. Gonz. in c. fin. b. t. n. 3. Hevia in Cur. p. 1. §. 11. num. 17.*



## TIT. VIII.

## De Dilationibus.

69 **D**ilatio est illud spatium, vel intervallum, quod ad actum peragendum in judicio actori, vel reo datur. Si à Lege detur, dicitur *Legalis*, dicitur; si à Judice *Judicialis* nuncupatur. Et quidem à Judice datur pro Tribunali sedente, prævia saltem summaria causæ cognitione, & præsentè utraque parte, & non contradicente. *c. fin. 3. q. 3.* Hac dilatio hodie ferè arbitraria est: liquidem Judex pro negotij, vel personæ qualitate, & alijs circumstantijs potest augere, vel minucere dilationes. *c. 24. de Offic. deleg.* Sed non debet dilationes nimis longas concedere, ut finis litibus imponatur, nec nimis breves, ne litigatores indefensè reperiantur: Quod si ipsis non detur sufficiens tempus ad comparandum, & etiam ad deliberandum, & advocatos, & peritos consulendos, à Judicis sententia, licet interlocutoria, rectè appellatur, cum gravamen irreparabile contineat. *c. 1. b. t.* Possunt tamen Judices dilationes coarctare, moderatè tamen. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 10. in fin. ibi: Admonet debent Sancta Synodus tam Ordinarios, quam alios quoscumque Judices, ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevitate, studeant: ac litigatorum artibus; seu in litis contestatione, seu alia parte judicij differenda modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.* *L. 1. tit. 6. lib. 4. R. C. ibi: T los del nuestro Consejo, è el Presidente, y Oidores, ante quien la causa pendiere, puedan abreviar los dichos terminos, y cada uno dellos, acatada la calidad de la causa, y personas, y cantidad, y distancia de los lugares, donde se han de hacer las probanzas, y que no las puedan alargar.* Et hoc debent Judices præ oculis habere, ne lites fiant immortales, & æternæ.

70 Dilationis tempore conquiescit Judicis officium adeò, ut sit ipso jure nullum, quod tunc innovatum fuerit in illo articulo, super quo data est dilatio, nec per partium consensum potest validari dilatio tamen elapsa potest Judex ad ulteriora procedere. Dilatio uni parti concessa, licet sit minori, jure speciali per restitutionem in integrum adversus lapsum temporis concessa, alteri litiganti prodest. *L. fin. tit. 8. lib. 4. R. C.* cum in judicij æqualitatem servari oporteat,

*c. 32. de Reg. jur. in 6.* adeò, ut nec reus datæ dilationi renuntiare possit, etiam se integra, quia per ipsam dationem, etiam ad petitionem rei concessam, est jus actori acquisitum, quo invitus non debet spoliari: *Barbof. in c. fin. b. t. n. 7.* Eriam socius Minoris gaudet restitutione minori concessa, quando causa est individua sit, nec potest dividi, secus si dividua sit, seu dividi possit. *Hevia in Cur. Poil. p. 1. §. 16. n. 24.* Dies, in quo terminus conceditur, juxta aliquos in termino computatur; sed non computari tenet praxis Tribunalium teste *Hevia in Cur. p. 1. §. 16. n. 7.* Dilationes, nisi aliud conitet, non uties, sed continuæ sunt, ac proinde dies feriati, sive ferie sint solemnes, sive repentinæ, nisi vel totam, vel majorem partem dilationis abluant, in termino dilationis computantur. *L. 3. C. b. t. Hevia in Cur. p. 1. §. 16. n. 8.* Ultimus dies, qui pro termino assignatur cedit in commodum dilationem petentis. *Arg. §. 2. Inst. de V. O.* unde ultimo adhuc momento rectè comparet, qui dilationem obtinuit, nisi sit dies feriatus, seu non juridicus.

71 Dilationes, quæ in judicio conceduntur, aique doctrinæ gratia pro tempore, & eructa; ipsi quibus conceduntur, solent dividere in dilationes *ritatorias, seu expectatorias, deliberatorias, recusatorias, seu declinatorias, probatorias, allegatorias, definitorias, executorias*, quarum natura ex ipsis terminis satis percipitur. Jam ad rem accedamus. Post oblatum ergo actoris libellum, jure Communi viginti dies reo ad respondendum conceduntur. *Auth. Offertur. C. de Litis contest.* In nostra tamen Hispania novem dierum dilatio reo conceditur, ut deliberet, si velit liti cedere, vel contendere, & ut actioni respondeat, litemque contestetur. *L. 1. tit. 4. L. 1. tit. 5. lib. 4. R. C.* qui quidem à die notificationis computantur. Et quidem reus ante litem contestationem potest exceptiones dilatorias opponere. *c. 20. de Re judic. l. 9. tit. 3. p. 3.* post litem contestationem potest exceptiones peremptorias opponere, jure quidem communi usque ad definitivam: jure Hispano intra viginti dies à litem contestatione opponendæ sunt. *L. 1. tit. 5. lib. 4. R. C.* Libello rei responso porrecto conceditur actori sex dierum dilatio, ut reo respondeat, nisi reus reconventionem, mutuaque petitionem objecerit actori: quia tunc novem dies ei conceduntur. *L. 2. tit. 5. lib. 4. R. C.* Actor intra sex dies replicat rei libello, & intra alios sex dies reus debet producere libellum duplicationis. *L. 2. tit. 5. lib. 4.*

*R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 7.* & nullus alius libellus postea admittitur in Nostra Hispania, ita ut duo tantum ex parte actoris, & duo iidem tantum ex parte rei porrigantur. Libellorum terminis elapsis, intra sex dies pronuntiat Judex sententiam interlocutoriam, ut partes ad probationem causæ, si causa probationem indigeat, admittantur. *L. 1. tit. 17. lib. 4. R. C.* olim terminus ad probandum non porrigebatur ultra primam dilationem. *L. 7. ff. de Ferijs, & dilation.* postea vero tres dilationes, seu termini concedebantur. *c. 15. de Testib. l. 33. tit. 16. p. 3.* De jure enim civili tempus ad probandum sic moderatur: ut si ex Provincia, ubi ius agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur, non amplius, quam tres menses indulgeantur; si verò ex continentibus Provinciis, sex menses custodiri iuritur est: in transmarina autem datione novem menses computari oportebit. *L. 1. C. b. t.* Hodie tamen sub una dilatio possunt Judicis arbitrio omnes termini, seu dilationes concedi, dummodo in Nostra Hispania dilatio non extendatur ultra octoginta dies, si causa sit citra montes, nec ultra centum, & viginti, si ultra montes sit. Terminus ultramarinus est sex mensium, & conceditur partibus testis ultra mare habentibus: debentque partes testes nominare, & intra triginta dies probare, illos testes adfuisse illi facio, vel calui, de quo litigatur. Debetque hunc terminum petens jurare, se non procedere ex malitia, debetque pecuniam deponere arbitrio Judicis sufficientem ad has impensas: à quibus omnibus excutatur, si factum, vel calus, de quo litigatur contigit ultra mare. *L. 1. & seq. tit. 6. lib. 4. R. C.* In Indijs verò major est hic terminus ultramarinus pro distantia Provinciarum. Quarta dilatio, Hispanè: *Quarto plazo* nisi ex magna causa dari non debet: v.g. si lapsis primis dilationibus, novæ probationes exceptiones, vel aliud incidens superveniat. *Arg. L. 11. §. 8. ff. de Interrogat. in jur.* debetque hanc dationem petens, probare causam, ut concedatur: & insuper jurare, se non petere dolosè talem dationem. *c. 15. de Testib. Auth. Asqui smel. C. de Probation.*

72 Postquam attestaciones sunt publicatæ nullus alius terminus ad probandum conceditur, nec alij testes possunt præsentari, ne detur locus perjuris, & occasio testes corrumperendi. Si verò aliquis ex litigantibus possit, restitutionem ad probandum, petere; quæ minor, vel Universalis est, debet intra 15. dies à publi-



catione testium connumerandus talem restitutionem petere, & solum ipsi conceditur dimidium termini probatorij, qui fuit concessus ad primam probationem, ita ut ipsi alia restitutio negetur. *L. 5. tit. 6. lib. 4. R. C. L. fin. tit. 8. lib. 4. R. C.* Elapsus jam terminis, & dilationibus probatorij, de Jure Civili tres dilationes ad allegandum dabantur, quarum quælibet triginta dies, sui mentem continebat. *Auth. jubemus. C. de Judic.* De jure Hispano intra sex dies debent partes allegare, suam intentionem esse legitimam, & sufficienter probatam: & è contra adversarium non probasse suas exceptiones. Tunc ergo admittuntur partes ad probandum, suam intentionem esse legitimam, & sufficienter probatam: & hic libellus dicitur *Hispanè: Escrito de bien probado.* Et ibidem opponuntur objectiones, seu repulsæ testium, quæ à parte contraria sunt producti. *Hispanè: Prueba de tachas.* Et tales objectiones contra testes, eorumque declarationes, debent esse specificæ: nam si generales sint, non admittuntur. *L. 2. tit. 8. lib. 4. R. C. & Judex juxta suum arbitrium tempus ad has probationes concedet, ita tamen, ut non excedat temporis ad probationem principalem concessi, medietatem. L. 1. tit. 8. lib. 4. R. C.* Postquam partes merita causæ allegarunt, sequitur conclusio in causâ, quæ est probationum, & dispositionum ulteriorum renuntiatio: ac proinde post eam nulla probatio, vel exceptio admittitur. *c. 9. de Fide Instrum. c. 5. de Causa possess.* Non tamen prohibetur, quod quis post conclusionem in causâ suam probationem declaret, etiam producendo, si necesse est, instrumenta, & scripturas. *Arg. L. 21. §. 1. ff. Qui testam. ibi: Nihil enim nunc dat, sed datum significat.* Hac tamen conclusio non est de substantia judicij, & processus summarij. *Cl. 2. de V. S. & juxta Abbat. in c. 9. de Fid. Instr. Marant. & alios, nec de substantia judicij ordinarij. Contra Glos. in Cl. 2. de V. S. V. Conclusione, & alios.* Sed quidquid de alijs sit, in nostra Hispania, talem conclusionem esse de judicij substantia, tanquam indubitatum asserit. *Hevia in Cur. Pbil. p. 11. §. 16. n. 31. ex L. fin. tit. 6. lib. 4. R. C. L. 1. tit. 7. lib. 4. R. C.*

73. Aliquando tamen post conclusionem in causâ probationes, & instrumenta solent admitti, & quidem. 1. Reus in causâ criminali, in qua de pœna corporali agitur; (secus si de pœna pecuniaria tantum agatur) probare valet suam innocentiam, etiam post conclusionem in causâ. *L. 27. ff. de Penis.* Imò quocumque

tempore, etiam post sententiam usque ad realem executionem: & consequenter quocumque tempore de rei innocentia constet debet absolvi à Judice. *L. 4. tit. 30. p. 7. ibi: Pero si ante que fagan la justicia del, fallare el Judgador en verdad, que lo que consiò, non era asì: mas que lo dixo con miedo de las feridas, & con despecho, que avia porque lo serian, & por locura, & por otra razon semejante destas, debelo qui. ar.* Et *ibid. Greg. Lop. Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 15. n. 9. Paz. Gom. & alij. 2.* Etiam admittitur post conclusionem probatio in causâ matrimoniali: quia etiam post sententiam licet uti novis, imò, & contrarijs probationibus, & allegationibus. *c. 7. c. 11. b. t. L. 13. tit. 22. p. 3. 3.* Appellans potest coram Judice appellationis producere nova instrumenta, & probationes, quæ antea non potuerunt produci. *L. 4. C. de Tempor. & reparat. appellat.* unde ortum habuit illud solemne apud Juristas axioma: *In appellationis causa non allegata allegabo, & non probata probabo.* 4. Si talem probationem offerat qui gaudet restitutione in integrum, ea prius petita, ut minor, Ecclesia, vel Universitas. 5. Si aliquis producat instrumenta noviter recepta, vel quæ de novo ad producendis notitiam pervenerunt, & hoc juramento affirmet. *Arg. c. 4. de Except. L. 7. ff. de Ferijs.* Nam quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. *L. 11. §. 8. ff. de Interrogat.* 6. Si adversarius tali probationi non contradicat: quia censetur juri, quod ad contradicendum habet, renuntiare. 7. Admittitur probatio per confessionem adversarij, vel per facti evidentiam, vel per ocularem inspectionem. 8. Admittitur exceptio excommunicationis, Siquidem, & post sententiam opponi potest. *c. 1. de Except. in 6. 9.* Si Judex ex causâ legitima, velit probationes admittere, quia respectu illius nunquam concluditur in causâ. *c. 10. de Fide Instrum.* Denique etiam post conclusionem possunt offerri Judici pro pleniori ejus instructione, allegationes juris. *Menoch. de Arbitr. lib. 1. g. 35. n. 21.* & in Supremis Consistorijs, & Regijs Cancellarijs Advocati utriusque partis solent pro suis clientibus doctas, & eruditas allegationes juris facere, ut olim vidi Granatæ, & ita in usu fuit ab antiquo, ut constat ex Orationibus, & Declarationibus Tullij, & Quintilianij. Et tunc permittitur est Advocatis Textus citare leges, & Doctorum allegare doctrinas. Justa decisionem Regij decreti consilij *Hispanè: Auto acordado 1. tit. 16. lib. 2.* Quod si negotium magni momenti sit ta-

les allegationes typis mandantur: & sufficit, quod ab Advocatis partium subscriptæ sint, quin alia licentia ad earum impressionem requiratur. *L. 24. l. 33. tit. 7. lib. 1. R. C. (\*)* non tamen inferuntur tales allegationes in processu, nec adversario copia illarum datur, cum ad meram Judicis instructionem fiant. *Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 10. n. 8. Hevia in Cur. p. 1. §. 16. n. fin.* Et in hac Civitate jam non semel visum est Advocatos Regiam Cancellariam pro suis clientibus allegaturos in jure, adire, postquam hic juris Cathedræ ex N. Potentissimi Regis Philippi concessione erectæ sunt. Quod si quis hoc philantia finistrè tribuat. Candide dicam cum Horatio: *Si quid novisti rectius istis, candidus imperti: si non, bis utere mecum.*

74. Omnibus igitur terminis probatorij elapsis, de Jure Communi datur dilatio arbitrio Judicis ad proferendam sententiam. *L. 71. ff. de Judic.* In nostra Hispania Judex interlocutoriam sententiam proferre debet intra sex dies: definitivam verò intra viginti dies à die conclusionis in causâ numerandos: alias litis retardatæ duplicatas expensas solvet, & 50. millium marapetinarum pœnam incurret. *L. 1. tit. 17. lib. 4. R. C.* quod quidem locum habet, si Judex à parte requiratur, non alias. *Aceved. ibid. n. 2.* & deducitur ex ipsa Lege, ibi: *Desque fueren las razones cerradas en el pleyto para dar sentencia interlocutoria, & definitiva, el juez de, y pronuncie, à pedimento de parte, la sentencia interlocutoria hasta seis dias, y la definitiva hasta veinte dias: y si asì no lo bicieren, poche las costas, que se bicieren dobladas, hasta que de, y pronuncie sentencia; y demàs, que el juez que la dieba sentencia no diere à los terminos susodichos, que incurra en pena de cinquenta mil maravedis para la nuestra Camara: la tercia parte de la dicha pena para el acusador, & para el nuestro Procuradar Fiscal si el profiguiere la dicha causa.* Contra sententiam dinovitiam latam olim perpetuo nullitas poterat opponi. *L. 1. C. Quando provocat. l. 4. tit. 26. p. 3.* Hodie tamen in nostra Hispania tantum potest opponi intra 60. dies ab intimatione sententiæ. *L. 2. tit. 17. lib. 4. R. C. Et ibid. Aceved. ex n. 22. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 12. ex n. 5.* nisi nullitas proveniat ex defectu jurisdictionis in Judice, qui sententiam tulit. Nam tunc, & in

alijs casibus videndis apud *Aceved. ex n. 25.* non procedit prædicta sexaginta dierum dilatio. Quod si partes non possint adversus sententiam nullitatem objicere, possunt ab ea tamquam injusta regulariter appellare. Hæc appellatio debet interponi Jure Canonico, Civili, & Hispano antiquo intra decem dies à sententiæ intimatione. *c. 15. de Re judic. Auth. Hodie, C. de Appellat. L. 22. tit. 23. p. 3.* Sed Jure Regio noviori intra quinque dies à sententiæ notificatione debet interponi appellatio. *L. 1. tit. 18. lib. 4. R. C.* Postquam sententia transit in rem judicatam, vel quia non fuit appellatum, vel quia appellatio interposita fuit deserta, vel quia jam non erat appellandi locus, tunc proceditur ad sententiæ executionem, pro qua variæ dilationes dantur. Nam ad executionem sententiæ in causâ capituli, quando scilicet reus morti tradendus est, tres dies in nostra Hispania conceduntur, in alijs Criminalibus causis terminus executionis arbitrarius est. In causis Civilibus personalibus de Jure Communi solent quatuor menses concedi. *c. 26. de Offic. deleg.* Si verò reus habeat rem, quam restituere debet, hæc potest manu militari capi. *L. 68. ff. de Rei vindicat.* In nostra Hispania postquam sententia in causâ Civili in rem transijt iudicatum proceditur via executiva, de cuius terminis, & dilationibus alibi dicemus. Sciendum tamen est, quod dilationes, quæ à jure sine Judicis ministerio dantur, quales sunt dilationes quinque, vel decem dierum ad appellandum, vel decem dierum, qui in via executiva dantur, ut reus executionem impediatur, non possunt à Judice coarctari, nec prorogari, possunt tamen coarctari, vel prorogari alij termini, & dilationes, quæ cum ministerio Judicis dantur. *Menoch. de Arbitr. cas. 52. à n. 6. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. Reg. V. Hasta nueve dias. Gonz. in c. fin. b. t. n. 3.* At verò *Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 5. n. 20. Hevia in Cur. p. 1. §. 16. n. 3. & Bobadill. dicunt,* Judicem posse quocumque terminos, etiam Legales, ex justa causâ prorogare, vel coarctare.

T I T. I X.

De Ferijs.

75. **F**eria, quæ à feriendis hostijs, quæ talibus diebus immolabantur, dicte sunt, etiam vocantur dies festi.

(\*) NOTA. Hodie per Regiam resolutionem novissimam, & per Providentiam ad illius observationem, die 22. Novemb. 1752; datam cum Regia approbatione, à D. D. Joanne Antonio Curjel, Equite Calatravensi, in Supremo Castelle Senatui Consulario Regio, & omnium ejus Regni Typorum, ex Regia Secretaria, Judice peculiariori, licentia specialij illius, vel Judicij Tribunalis ubi negotium pendet, requiritur ad hoc, ut similes Allegationes possint prelo mandari.